

INTROIT: John 21: 15-17

Si díligis me, Simon Petre, pasce agnos meos, pasce oves meas. Allelúja, allelúja. (Ps. 29: 1) Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepisti me, nec delectásti inimicos meos super me. V. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Si díligis Me, Simon Petre, pasce agnos meos, pasce oves meas. Allelúja, allelúja.

COLLECT

Deus, qui, ad conteréndo Ecclésiæ tuæ hostes et ad divinum cultum reparándum, beátum Pium Pontíficem Máximum eligere dignátus es: fac nos ipsius deféndi præsidis et ita tuis inhærére obséquii; ut, ómnium hóstium superátis insídiis, perpétua pace lætémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE: 1 Peter 5: 1-4, 10-11

Caríssimi: Senióres, qui in vobis sunt, obsécro consénior et testis Christi passiónum, qui et ejus, quæ in futúro revelánda est, glóriæ comunicátor: páscite qui in vobis est gregem Dei, providéntes non coácte, sed spontáneee secúndum Deum, neque turpis luci grátia, sed voluntárie; neque ut dominántes in cleris, sed forma facti gregis ex ánimo. Et, cum appáruerit princeps pastórum, percipiétis immarcescibilem glóriæ corónam. Deus autem omnis grátiae, qui vocávit nos in ætérnam suam glóriam in Christo Iesu, módicum passos ipse perficiet, confirmábit solidabítque. Ipsi glória et impérium in saecula sæculórum. Amen.

GREATER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. V. (Matth. 16: 18) Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam. Allelúja. (Ps. 44: 17, 18) Constítues eos príncipes super omnem terram: mémoires erunt nóminis tui, Dómine. Allelúja.

GOSPEL Matthew 16: 13-19

In illo témpore: Venit Jesus in partes Cæsaráe Philíppi, et interrogábat discipulos suos, dicens: Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? At illi dixerunt: Álii Joánnem Baptístam, álii autem Eliám, álii vero Jeremíam aut unum ex prophétis. Dicit illis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respóndens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus, Fílius Dei vivi. Respóndens autem Jesus, dixit ei: Beátus es, Simon Bar Jona: quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam, et portæ inferi non prævalébunt advérsus eam. Et tibi dabo claves regni cælórum. Et quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cælis: et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in cælis.

OFFERTORY Jeremias 1: 9-10

Ecce, dedi verba mea in ore tuo: ecce, constítui te super gentes et super regna, ut evéllas et destruas, et ædífices et plantas. Allelúja.

SECRET

Oblátis munéribus, quæsumus, Dómine, Ecclésiám tuam benígnus illúmina: ut et gregis tui proficiat ubique succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Matthew 16: 18

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam. Allelúja.

POSTCOMMUNION

Refectióne sancta enutrítam gubérna, quæsumus Dómine, tuam placátus Ecclésiám: ut poténti moderatióne directa, et increménta libertátis accípiat et in religiónis integritáte persístat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Simon Peter, if thou lovest Me, feed My lambs, feed My sheep. Alleluia, alleluia. (Ps. 29: 1) I will extol Thee, O Lord, for Thou hast upheld me: and hast not made my enemies to rejoice over me. V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Simon Peter, if thou lovest Me, feed My lambs, feed My sheep. Alleluia, alleluia.

O God, Who didst vouchsafe to choose blessed Pius Thy chief bishop for the crushing of the enemies of Thy Church and the restoration of divine worship, make us to be defended by his watchful care, and so to adhere to Thy service that, all the contrivances of our enemies being overcome, we may rejoice in everlasting peace. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, The ancients therefore that are among you, I beseech, who am myself also an ancient, and a witness of the sufferings of Christ: as also a partaker of that glory which is to be revealed in time to come: feed the flock of God which is among you, taking care of it, not by constraint, but willingly, according to God: not for filthy lucre's sake, but voluntarily: neither as lording it over the clergy, but being made a pattern of the flock from the heart. And when the prince of pastors shall appear, you shall receive a never fading crown of glory. But the God of all grace, who hath called us into his eternal glory in Christ Jesus, after you have suffered a little, will himself perfect you, and confirm you, and establish you. To him be glory and empire for ever and ever. Amen.

Alleluia, alleluia. V. (Matth. 16: 18) Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church. Alleluia. (Ps. 44: 17, 18). Thou shalt make them princes over all the earth: they shall remember Thy Name, O Lord. Alleluia.

And Jesus came into the quarters of Cesarea Philippi: and he asked his disciples, saying: Whom do men say that the Son of man is? But they said: Some John the Baptist, and other some Elias, and others Jeremias, or one of the prophets. Jesus saith to them: But whom do you say that I am? Simon Peter answered and said: Thou art Christ, the Son of the living God. And Jesus answering, said to him: Blessed art thou, Simon Bar-Jona: because flesh and blood hath not revealed it to thee, but my Father who is in heaven. And I say to thee: That thou art Peter; and upon this rock I will build my church, and the gates of hell shall not prevail against it. And I will give to thee the keys of the kingdom of heaven. And whatsoever thou shalt bind upon earth, it shall be bound also in heaven: and whatsoever thou shalt loose upon earth, it shall be loosed also in heaven.

Behold I have given My words in thy mouth: behold, I have set thee over the nations, and over kingdoms, to root up, and to pull down, and to build, and to plant. Alleluia.

By the offered gifts we beg Thee, O Lord: enlighten kindly Thy Church: so that Thy flock everywhere may be increasing, and the Shepherds, under Thy direction, may be pleasing to Thy Name. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church. Alleluia.

O Lord, we beseech Thee, graciously govern Thy Church, which Thou hast fed with a holy meal; so that, directed by a mighty wisdom, she may progress in liberty, and persist in the integrity of faith. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.